



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

II. De officio patrisfamilias et Magistratum politicoru[m] in mutandis
impijs cultibus, & vera religione constituenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

VI. *Heroum filij noxæ.*

VII. *De immortalitate hominum, & vita æterna.*

I.

N In principio huius Capitis scribitur locutus esse Deus ad Iacob, ut faciat Altare Deo, qui apparuit ipse in Bethel. His uerbis mysterium Trinitatis seu plurium personarum in una essentia diuina significari appareat. Quodocunq; enim Deus de Deo loquitur tanquam de altera persona à se distincta mysterium trinitatis proponi non dubium est. Quare in hoc loco Deus pater præcipit Iacob, ut ædificet Altare in Bethel illi Deo, id est, Filiu suo, qui se illi patescerat in Bethel, ut supra 28. cap. audiuiimus.

II.

O F F I C I V M P A-
trisfamilias.

Eruditissimè Paulus Ephes. 6. præcipua patris-familias officia erga liberos complexus est inquisiens. Educate liberos uestros in disciplina & doctrina Domini.

1. *Educatio omnia officia nutrificationis & alia comprehendit.*

f z II. Honea

II. Honestia institutio morum seu disciplina
adsuetatio qua arcentur a peccatis per honestas
præcepta, minas, castigationem, exempla.

Tertium & summum est doctrina Domini, uera Dei agnitio & invocatio, quæ ex pura Evangelij doctrina solum hauritur. Hec eadem beneficiæ p[ro]p[ter]ia plus Magistratus quoq[ue] suis subditis debent pertiri, non solum ut uictum curet, & pacifico sit, & externa scelera, ut homicidia & adulterii puniat, sed multo magis, ut impios & idolatrias cultus tollat, & blasphemias prohibeat, & ueram Deo doctrinam tradi, & ueros cultus Deo precepit, Nam propter hanc causam precipue DEI sui nominis societatem Magistratibus imperit, quiens, Ego dixi, Dij estis.

III.

*De Cruce & Consolationibus integrum
dicam in Historia Joseph.*

V.

DE RACHEL
extincta in partu.

Divuum & inenarrabile opus est Generatio hominis, & plenum ingentibus miraculis, que tamen non casu nasci homines, sed diuinitus formati sunt.